



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 27. Epistola Papæ ad Regem Henricum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

**S**eculum XI. ceterisque Episcopis Longobardiae sedi  
A.C. 1075. tiosis contra Papam secreto conspiravit;  
 unde vana effecta sunt Papæ contra Nor-  
 mannos molimina. Quin Guibertus  
 opera Hugonis Candidi Cardinalis usus,  
 Robertum Guischarandum & Henricum  
 Regem, aliunde irritatum, contra Gre-  
 gorium Papam accendere conatus est.

§. XXVII.

*Epistola Papæ ad Regem Henricum.*

**I**nter hæc Papa, priusquam Legatorum  
 suorum ad Regem missorum respon-  
 sum acciperet, dedit ad eum epistolam  
 in hunc ferme modum scriptam: *Die-  
 ris cum illis communicare, qui a Sacra*

**III. ep. 10.** *Sede excommunicati sunt, quod si verum  
 est, Benedictionem nostram accipere non  
 potes, nisi prius bis a te separatis & ad  
 agendam pænitentiam compulsis, tu que-  
 que congrue satisfeceris. Quare Excel-  
 lentiæ tuæ suademus, ut celeri confessione  
 Religiosum aliquem Episcopum adeas, qui  
 te absolvat, & modum injunctæ pæniten-  
 tiæ nos edoceat. Ceterum mirum nobis  
 valde videtur, quod postquam tot epistolæ  
 ad nos dedisti amicitiam profitentes &  
 promittentes obedientiam, re tamen &  
 factis asperrium te atque Canonicis San-  
 ctionibus adversum ostendis. Ut enim  
 de ceteris taceamus, in negotio ad Eccle-  
 siam Mediolanensem pertinente, quo anti-*

mo

no fidem promiseris, eventus manifestat. Sæculum XI.  
 Præterea novissime Ecclesiam Firmanam A.C. 1075  
 & Spoletanam viris nobis ignotis tradi-  
 disti. Et infra:

Congregata boc anno Synodo, cui non  
 nulli Fidelium tibi subditorum interfue-  
 runt, ut labefactatam Ecclesiæ discipli-  
 nam restitueremus Decretum edidimus, ni-  
 bil novi, quod nos invenissemus, sed tan-  
 tum regulas antiquas continens (nempe  
 Decretum de Clericis concubinas ha-  
 bentibus) præcepimusque, ut in Regno  
 tuo, & ab omnibus aliis Principibus Chri-  
 stianis, reciperetur, & servaretur. Quia  
 vero hoc Decretum aliquibus ob introdu-  
 dam malam consuetudinem intolerabile  
 videbatur, mandavimus tibi, ut ad nos  
 ex Regno tuo viros doctos piosque mitte-  
 res, qui nobis insinuarent, quid ad miti-  
 gandum hoc Decretum conscientia non re-  
 pugnante relaxare possemus. Sed quanti  
 feceris nostra monita, quæ secuta sunt sa-  
 tis demonstrant. In fine epistolæ horta-  
 tur, ut faveret Libertati Ecclesiæ, & gra-  
 tiā victoriæ de inimicis suis reportatæ  
 a Deo sibi collatam grato animo agno-  
 sceret. Nempe de Saxonibus, quos præ-  
 terito autumno profligaverat. Hæc epi-  
 stola octava Januarii anno millesimo se-  
 ptuagesimo sexto data est.